si pulchre sulphure tangitur vi-
uit et ex modico maximus ignis
erit Itaque modica occasione li-
bido tamen hominem vincit / sed quid
sapiens facturus erit ut caste
viuat / sibi namque expedit ut
feminarum visu et tactu fugiat
sobrie viuat Item teste Oui-
dio li° ubi e diuiciis alit lux-
uriosus amor / non bene unde
sum paupertas pascat amore Et
subdit adpositum Vina parant
animos veneri si plurima sumas
Vos kattho Cum te detineat ve-
neris dampnosa voluptas In-
dulge gule noli que veneris
amica est Nempe si sobrie vix-
eris facilius castus eris Si autem
parsimoniam castitate ne-
glexeris ad omnium viciorum preci-
pitium facilius declinabis Capi-

## tulum vicesimum primum de Inuidia

Inter vicia minus excusabile inui-
dia est occasione enim non solum
vera sed apparenti Quid enim tibi si
proximus bene fecit / aut cur in
amplexus Si aut quis lugeat quare
se tibi gaudium exinde assurgit
dicis enim quod te offendit / sed tunc non
inuidia sed ira et vindicta tuum de-
lictum est Rursus dicis bonum alienum
tibi obesse aut maleficium prodesse
eo quod prosperitas pro uno collata
tua esset / si non foret ipse aut
si casu vel obitu decideret sed peccatum
tuum non ipse inuidia sed potius am-
bicio vel auaricia est Tu autem
inuides quod ex propria malicia alterius
bonum vides nequis aut malum
cernens letaris Si enim exinde nec

honor decrescat nec malum
contigat inexcusabilis utique
malicia tua est Vnde inuidus
quasi non videns dictus est quia
qui inuidet prosperitate non libenter
videt De consimili vicio loquitur
Ouidius li° de ponto Ledere
viuos liuor et iniusto carpe-
re dentes solet / quia sicut inuidi
iusti semper inuident quorum ma-
licia liuor merito nuncupatur
Vnde Claudianus in minori
Rabiem liuoris acerbi nulla
quies placare potest Et Ora-
cius in epistolis Inuidus alterius
macrescit muneribus et videt
illius prospera ad lacrimis in-
uidia siculi non inuenere tyran-
ni maius tormentum Vnde Mar-
cialis loquitur Rumpitur quisquis
rumpitur inuidia Nullum enim ma-
ius flagellum mentis quam sit in-
uidia Corpus namque desiccat
faciem pallidat / suspiria ge-
mebunda infert / cor tristem facit
dentium rugitus concitat et de-
trahere petit / ignominiam al-
terius libenter enarrat sed hono-
rem proferre renuit / querit inui-
dia non quid vel quomodo dicat
Sibi enim sufficiat ut male dicat
penes se murmurat se ipsum af-
fligat nec de foris venit sed
ex interiori malicia manat Hec
enim vicia demones sunt huiusmodi
inuidentes proli quorum filii per-
dicionis sunt homines inuidi alterius
bonum proferri dolentes quibus
mos est omne quod proximorum
est appetere / etiam si melius pos-
sideant Dicit enim illud Iuu

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0182
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg